

C. J. Henrico Florenio Petrus Wittewroucht 3e feo 1643. 312.

Pacem à Rege. ac Principe pacis.

Vir Reverende, Doctissime ac dilecte. in Christo frater.
Veneranda nostra Synodus Borcalis Duyckhuysd ante septi-
manas aliquot auctoritate DD. Ordinum congregata
intelligens libes illas et contentiones, quæ inter DD. Pro-
fessores et Pastores Ecclesie et scholæ vestre, idq; de prædi-
catis N. religionis Reformatæ capitibus, cum orthodoxis
periculo exagitant, de die in diem inter vos auferere
et auferi, ministerium adhuc divisum et in partes abiecti, offi-
cii sui esse judicavit, secundas hæc admonitorias ad
Clarissimos, Doctissimos et. D. Pastores, Doctores et Professo-
res Ecclesie et illustri scholæ vestre dare, quibus vos ad
orthodoxam tabellam, veritatis et pacis studium, rursus
exhortaretur. Familiaritas illa, quæ ante annos aliquot
cum in una Leydensium nos exercebamus palæstra, inter
nos solebat esse major, me movit ut hæc, inclusas ad re-
verentiam Tuam transmitterem, nally enim dubito, quin
prima occasione. eas toti Synedrio et traditurus, quemad-
modum spero priores nostras Amplissimo Magistratui
vestro curâ tuâ traditas, quas per Reverendam collegam
meum D. Hadium ante septimanas aliquot ad te trans-
mitti curaveram. Plura nunc non addam; Deus veri-
tatis et pacis vobis consilia suggerat, facit deniq; ut
Ecclesie et scholæ vestre pax restituatur, restituta ser-
vetur, atq; in æternum firma prostetur. Tibiq; interea
et in re privata et in functione publica, pausta omnia
apprecamur, te Deo O. M. incolumem Tuq; diutissime con-
servet. Haptin Amstelodami 30. Januarij 1643.

Inscriptis.

Reverendo, Doctissimo, piissimo In.
D. Henrico Florenio, Verbi divini
in Ecclesia sua Ministro fidelissimo
Breman.

Tuus in Dño sem.
Petrus Wittewroucht.
Ecclesiæ Amstel.

Salutem. Annis meo Charissime In. Compater,
et Frater.

Eucharisticas nras Tigurinis Evergetis complacuisse,
e quod nob. gratulemur. Tibi etiam ego et D. Oracus
nosser, vigentes agimus grâs pro officio tam benevole
nob. spito. Certe Deum ardenti invocamus animo, ut